



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Priori Et Conventvi Monasterii sancti Salvatoris & sanctæ Rotrudis, quod in  
Torvarensi est parrochia constitutum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

dro fuit in judicio praesentatum, & ipse tulu sententiam contra illud, ipsum intel ligitur reprobasse. Si vero non fuit exhibitum coram eo, praetextu privilegij de novo reperti prae dicta non debet sententia retractari. Datum Viterbij XVII. Kal. Iulij, anno decimo.

In Chartulario Ecclesie Meldensis extat præterea epistola Innocentij ad Episcopum, Decanum, & Cancellarium Parisiensis, pro ex ecutione superioris sententie, verbum e verbo descripta ex ea que data est ad Episcopum Mel densem, mutatis mutandis. In fine vero istius hec adduntur. Quocirca discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatinus quod à nobis est sententialiter diffinitum faciat appellatio remota inviabiliter observari, contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatio postposita competentes. Quod si non omnes iis exequendis potueritis interesse, tu ea, frater Epis cope, cum eorum altero nihilominus exquiras. Datum ut in alia. Ista vero commissio extat ex parte in cap. Suborta. De sentent. & re judic.

PRIORI ET CONVENTUI MONASTERII sancti Salvatoris & sancte Rotrudis, quod in Torvarensi est parrochia constitutum.

Epi. 97.  
De electione  
Prioris.

**C**um per privilegium felicis recordationis Alexandri Pape prædecessoris nostri, quod nobis præsentatum insipimus, vestro monasterio sit concessum ut obeunte ipsius Abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astuta seu violenta præponatur nisi quem fratres communii consenserit vel eorum pars consilij sanioris secundum Deum & beati Benedicti regulam duxerint eligendum, auctoritate præsentium districtuum inhibemus ne quis super eadem concessione temere vos impetrere vel molestare præsumat, sed liceat vobis & successoribus vestris secundum ipsam nunc & amodo, cum Ecclesiam vestram Abbate vacare contigerit, perfidiam doneam de gremio vestro vel alii unde per regularem electionem vobis præficere in pastorem, Karrofensi monasterio humiliiter præsentandum, ut ab ipso confirmationem accipiat, & reverentiam ei, quam debet, imperdat. Nulli ergo &c. nostræ inhibitionis & concessionis &c. Si quis autem &c. Datum Viterbij V. Non. Iulij, anno decimo.



### VIVIBERTO PRESBYTERO.

**I**ustis potentium &c. usque complere. **Epi. 28.**  
Cum igitur dilectus filius noster B. institutor canonicatus & praebende landie Sophia per Legatum sibi fa

tituli sanctæ Susanna Presbyter Cardinalis, apostolica sedis Legatus, te in Ecclesia sanctæ Sophiae Canonicum instituit, nos tuis precibus inclinati, institutionem ipsam, sicut canonice facta est, ratam habentes, auctoritate apostolica confirmamus, & praesentis scripti privilegio communimus. Nulli ergo &c. nostra confirmationis &c. Si quis autem &c. Datum apud Montem Flasconem IV. Kal. Augusti, anno decimo.

### E IDEM.

**C**um à nobis peritur. &c. usque perdu catur effectum. Cum igitur dilectus **Epi. 29.**  
filius noster P. Tituli sancti Marcelli Pref. Concilio pte-  
byter Cardinalis, apostolica sedis Legatus, **tituli** Anaftasis  
præposituram Ecclesie sanctæ Anaftasis per Legatum sibi facta con firmatur.

tibi duxerit concedendam, nos tuis precibus inclinati, concessionem ipsam, sicut canonice facta est, ratam habentes, auctoritate apostolica confirmamus, & praesentis scripti privilegio communimus.

Nulli ergo &c. nostra confirmationis &c.

Si quis autem &c. Datum ut in alia.

ARCHIEPISCOPO S. R. E. CAR-  
dinali, &c. Archidiacono Mediolanensi.

**V**enerabilis frater noster .. Yporiensis Episcopus suis nobis litteris intimavit quod cum olim, antequam consecratus fuerit in Yporiensem Episcopum, pennas ad volandum in solitudinem afflumpisset, sacerdos quidam, qui tunc Ecclesiam sancti Michaëlis Vercellensis regebat, secum in eremo desiderans habilitare, ad eum cum litteris venerabilis fratris nostri.. Episcopi Vercellensis accessit, obsecrans humiliter & devotè ut cum pro serviente ac famulo ad habitandum secum suscipere dignaretur. Cujus supplicationibus inclinatus, ac inductus precibus memorati Episcopi Vercellensis, ejus in hac parte desiderio satisfecit. Accidit autem ut dum idem Presbyter facere quandam capam disponeret, alij qui in eodem loco fuerant congregati, ei ut cucullam faceret suaferunt, afflentes quod ad altaris officium esset habilior & expeditior ad scribendum, necnon aptior ad laborem & ad cetera qua ipsum facere oportere. Quorum suasionibus acquiescens, cucullam fieri sibi permisit: quam cum idem Episcopus vellet secundum consuetudinem

**Epi. 100.**  
Vt.. Presby-  
tero ad suam  
Ecclesiam S.  
Michaëlis Ver-  
cellensis licen-  
tiam tribuant  
redeundi,